

## Feria quarta post Iudica

meditabitur guttur meum. et labia mea detestabuntur impium. **Pro**. viij. Et ideo beatus Hieronymus in prologo biblie capitulo. iij. dicit. Sancta que rusticitas solum sibi predest. et quantum edificat ex vite merito ecclesiam christi. tamen nocet si destruentibus non resistat. Non enim sufficit dicere hoc. tempore antichristi stabo in camera mea. sed tanto amplius peccat quanto non resistit. Placeat christus que sic velit cor nostrum firmare in fide et eius operibus ut simus veri pugiles fidei. ut ad gloriam perveniamus eternam. Deo gratias.

Feria. iij. post dominicam in passione.

**Q**uedatis que pater in me est. et ego in patre. **Joh**. x. et in evangelio hodierno. Unde in sanctum euangelium continet tres fortes pugnas factas a ihesu christo et a iudeis.

**P**rima est per deceptionem fraudulentam.

**S**ecunda est per invasionem violentam.

**T**ertia per objectionem pestilentiam.

De quo christus se defendit mirabiliter. primo se defendit per sagacitatem intellectualem. Secundo per stabilitatem spiritualem. Tertio per benignitatem universalem. et tenuit caput. quia dicitur thema Quedatis que pater in me est etc. Veniam ergo ad primam que est de deceptione fraudulenta. et primo de evasione christi. et sic consequenter de alijs partibus. De primo bello quod fuit fraudulentum dicit euangelium. Facta sunt encenia in hierosolymis et hyems erat. et ambulabat ihesus in templo salomonis. Circumdederunt ergo eum iudei et dicebant. Quousque animam nostram tollis. Si tu es christus dic nobis palam. Ecce fortem invasionem. Et ut melius intelligatis est sciendum: quod tempore quo christus predicabat iudeis iam romani illis dominabantur et ordinaverunt romani quod nullus auderet sibi assumere nomen regis sub pena mortis sine licentia imperatoris. et servabant et tenebant in qualibet regione armigeros qui hoc tuerentur. Ex alia parte videntes iudei quod vulgus eorum credebat christum esse messiam. quia omnes prophetie erant complete. et maiores erant turbati propter vulgus quod illum sequebatur. et ideo deliberaverunt facto consilio quod illum occiderent. et die festo venerunt ad eum et dicitur enceniorum ab eo quod est in. et cenos quod est novum quasi innovatio. et fiebat. xxv. die mensis quem mensis iudei appellabant casleu que est in fine nouembrii et in principio decembrii. et hoc habetur in libro. s. Machab. ca. iij. in fine. Vide ibidem quomodo Judas machabeus illud festum instituit. et ad illud festum christus venit et transibat in porticu templi salomonis quod iam fuerat destructum. sed postea fuerat renovatum et nihilominus nominabatur salomonis. et tunc iudei circumdederunt eum. scilicet maiores ut deciperent eum. Quod potestis cogitare quomodo spectabat popu-

lus quam disputationem facerent ad inulem. et dixerunt iudei maiores christo. Quousque animam nostram tollis. id est. intellectum. quasi diceret. Tempus messie completum est. tu dicis te aliquando esse filium dei. dic nobis ergo palam et clare si tu es messias. quia aliqui credunt te esse messiam aliqui non. quibus etiam facis opera divina. quandoque humana: unde christo parabatur laqueum ut si ipse se diceret regem quod milites pylati ipsum cepissent et occiderent. Si vero diceret non sum messias populus amodo non crederet in eum. Ecce hic deceptionem fraudulentam. de isto consilio prophetauit david in psalmo. Deus meus respice. et hebraice incipit. Hely hely. cum dicit. Circumdederunt me canes multi. consilium malignantium obsedit me. ps. xxj. Appellat canes ipsos iudeos propter invidiam. quia eum mordebant in fama sua ex invidia. quia canes habent illam proprietatem quod sunt rabidi et invidi. et propter hanc proprietatem vocabat eos canes. Sumitur tamen quandoque hoc nomen canis per predicatorem ut dixi super euangelio. Canes veniebant et lingebant viceram eius. Luc. xvj. quia sicut canes custodiunt oves in deserto. ita predicatorum homines custodiunt in hoc mundo. et hec est bona conditio canis. sed illa conditio iudeis non conveniebat. sed prima que mala est. ergo vocabat eos canes propter eorum invidiam. quia ex fraudulenta deceptioe sibi loquebantur. Ecce ergo invasionem fraudulentam. Nunc videamus defensionem christi per sagacitatem intellectualem. quia prudenter eis respondit ita. ut veritatem scirent. et tamen a nullo increpari nec deprehendi posset dicens. Loquor vobis et non creditis. opera que ego facio testimonium prohibent de me. sed vos non creditis. quia non estis ex ovibus meis etc. quasi diceret. Ex quo non vultis verbis credere. operibus credite. quia opera que christus fecit dabant sibi testimonium de duobus. Primo dabant sibi testimonium quod erat verus deus. Secundo quod erat verus messias in lege promissus. Primum patet in modo faciendi miracula. quia non faciebat miracula in orando sicut alij sancti fecerunt. sed imperando fecit omnia miracula. Helias enim suscitavit mortuum sed orando. similiter moyses curavit sororem suam mariam a lepra: sed orando. Sed christus imperando fecit miracula. quia ipse dixit et facta sunt ut dicit david. ergo dixit. Opera que ego facio testimonium prohibent de me. scilicet quod sum deus. Secundo etiam dabant sibi testimonium quod esset messias iuxta signa data per Esaiam de messia. Esa. xxxv. Ecce deus noster ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum. et aures surdorum patebunt. et lingua mutorum erit aperta. Ista sunt clara signa ad cognoscendum messiam. Ido dixit. Opera que ego facio testimonium prohibent de me etc. quasi diceret. Vos videtis quod ce-

# Sermo

ei vident. surdi audiunt. Sed vos non creditis nec verbis nec operibus. quia non estis de ouibus meis. quia ille me sequuntur. Et hic fuit impletum verbum Salomonis di. Non est sapientia. non est prudentia. non est consiliū cōtra dominū. **Proverb. xxj.** **Modo** moraliter super eo qd dicitur. qz non estis ex ouibus meis. Nota ergo qd ex ratione apparet. qd si quis nō crederet non esset ouis christi. qz qui vult catholicus esse debet eē ouis. Ergo ad hoc qd aliqs sit ouis christi oportet qd simpliciter credat fidem christi anam: qd scilz credat qd sit vnus deus in essentia et trinus in psonis. sicut est vnus sol. tamen i sole tria est considerare. quia sol generat se radium. et a sole et a radio pcedit calor. sic pater generat filium. et spūs sanctus pcedit a patre et filio p spirationem. et tamen est vnus deus. Quia ergo hec sunt sup intellectum creaturz. debet quis simpliciter et vt ouis esse. non vt capra que vult saltare non ire vt pastor ducit. als caderes in errorem. Unde paulus dicit cōtra quosdam phisophos qui titubant scribens illis dixit Timeo autem nec sicut serpens euam seduxit astutia sua ita corrumpantur sensus vestri. et excidāt a simplicitate que est in christo iesu. **ij. Cor. xj.** Nota quomodo serpens seduxit euam scilicet faciēdo questiones. **Parz** eua stans in paradiso dixit ei serpens: Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi etc. **Gen. iij.** Et ista fuit prima questio diaboli. Et si eua respondisset. quia deo placuit. et illum scilz diabolum vituperasset. et non habuissimus qd habemus: nec essemus in tanta miseria nec tribulatione vt modo sumus. Sed ista respondit. ne moriamur etc. ponendo se in disputatione cum diabolo. et sic fuit decepta. Sic etiam iudei decipiebantur quia dicebāt. **Messias** debet venire et regnare cum ergo iste sit pauper ergo non est messias etc. **Ideo** iudeis dicitur. **Multos** enī supplantauit suspicio illorū. et in vanitate detinuit sensus illorum. **Ecci. iij.** Non enim intellectu tuo perquiras vbi non sufficit. Nam stultus esses si digito fides velles tangere. Est ergo credendū non disputandū. et istud est merituz scilicet dare honorem deo et credere Bene daretis mihi honore si vobis dicerem difficilia et crederetis mihi ppter simplicem meam loquelaz. credatis qd illud stultum est et periculū anime et corporis. circa que fidei sunt disputare. Nam iam articuli fidei fuerunt examinati per apostolos martyres doctores etc. Sine ergo examinatione deponere in tuo marsubio tue sciētie. et credas simpliciter. Et ideo dicit. **Beati** enī qui non viderūt et crediderunt. **Joh. xx.** Et per cōtrarium. qui non credit maledictus est. vt fuerunt illi iudei. quia dixit eis christus. Non creditis. quia nō estis ex ouibus meis. **Et** ecce p̄mum bellū. **Secunduz** bellum

fuit per inuasionem violentam. quia ad manus Et videte p̄mo inuasionem quam fecerunt ex hō quia christus dixit hoc. qd pater et ego vnus sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei vt lapidarent eum. **Post** qd christus habuit victoriā de primo bello seu filio. incepit iudeis loqui de sua diuinitate dicēs. **Pater** et ego vnus sumus. et qd dedit mihi pater manus omnibus est. Et hoc potest intelligi dupliciter. **Uno** modo fm generatōez eternam. **Alio** modo fm passionem temporalez **Secūz** generatiōem eternā pater dedit filio diuinitatem que est vna et eadez in patre et filio et spiritali sancto. **Unde** Athanasius **Patris** et filii et spiritali sancti vna est diuinitas. **Nō** sic est in patre humano qd generat filium suum extra se. et dat sibi aliam in numero humanitatē **Sz** deus pater generat filiū suū intra se eternaliter. quia infinitus est. et dat sibi non aliam diuinitatem. sed eādem quam ipse habet. et de hac dicit christus. **Qd** dedit mihi pater manus omnibus ē vniuersalis **Secūz** passionē temporalem in q̄tū homo. cui merito passionis pater dedit dominū vniuersalem. scilicet supra infra super omnes creaturas. **Vnde** ad **Philipp. ij.** **Humiliauit** semetip̄m factus obediens vsqz ad mortem. ppter quod et deus exaltauit illuz. et dedit illi nomen qd est sup omne nomen. vt in nomine iesu omne flectatur celestium. terrestrium. et infernorum. et omnis lingua cōfiteatur. quia christus in gloria est dei patris etc. **Et** **Mat. vij.** **Dedit** ei potestatem et honore et regnum. et omnes tribus et populi seruient ei. **Potestas** eius potestas eterna que non aufertur. et regnum eius quod non corrumpet. **Propter** hoc dixit christus. **Qd** dedit mihi pater scilicet dominium vniuersale. maius est omnibz dominis. et nemo potest rapere de manu patris mei **Ergo** q̄tūcūqz feceritis vos iudei non poteritis a me auferre diuinitatem neqz vniuersale dominium. quia ego et pater vnus sumus. **Nō** dicit i masculino genere. quia vnus significat personalem vnitatem que in deo non est. **Alia** ē enī psona patris. alia filii. alia spūs sancti. **Sed** dicit vnus in neutro genere. quod significat vnitatem essentie **Tūc** iudei intelligentes qd christus dicebat se esse deū. sustulerunt lapides vt iacerent i eum etc. **Ecce** hic inuasio violenta. **Sz** christus defendit se per stabilitatem virtuales. non fugiendo nec abscondendo. sed stans constanter dixit. **Vos** vultis me lapidare. respondeatis mihi prius ad vnam questionem. **Multa** opera ostēdi vobis ex patre meo. quia sanauit vobis filiaz vestraz. curauit vobis matrem a lepra. et enumerauit opa bona q̄ eis fecerat et conclusit. ppter qd horum operum me vultis lapidare. videamus. et ita dulciter eis respōdit qd eorū maliciam deuicit. quasi diceret. est ista retributio vt me lapidatis p tot bonis que feci vobis. vñ p̄s. **Retribue**

*Nota (ante me f)*  
*trahat in ista*  
*unus qd p̄s*  
*et in q̄tū*

## Feria quarta post Iudica

bant mihi mala p bonis. tunc iudei deposuerunt lapides et christus euasit de periculo. **N**ota moraliter quomodo propter bona opera iudei dabatur solutionem lapidum. Et ego reperio quatuor modos retribuendi inter homines. **E**t primus modus est quando p bono bonum. **S**ecundus est quando p malo malum. **T**ertius est quando p malo bonum. **Q**uartus est quando p bono malum. **P**rimus modus est quando redditur bonum p bono. et sic est vna conditio naturalis. et non est meritorium. quia ex naturalibus nullus meretur nec demeretur. quia natura inclinatur. et ideo non est virtuale: nec est meritorium. **E**t ideo contra illos qui tantum reddunt bonum p bono. et nihil amplius addunt dicit christus Si enim diligitis eos qui vos diligunt quas mercedem habebitis. nunquam publicani hoc faciunt etc. **M**arth. v. quia etiam debes diligere inimicum tuum et salutare: aliter non haberes mercedem apud deum. quia etiam infideles salutant se inuicem. et etiam bruta reddunt bonum p bono. et sic hoc non est virtuale sed naturale. **N**ota historiam de leone a sancto Hieronymo curato qualiter vivebat monasterio. contra illos qui reddunt tantum bonum p bono. **S**ecundus modus est quando redditur malum pro malo. quia si dedit mihi alapam et ego sibi cicatricem. dixit me meretricem. et ego eum dixi lenonem. et ista est inclinatio bestialis. nam ista est conditio canis. Nam si quis trahat caudam sibi mordebit. Ita est in equis et in multis et alijs animalibus. **I**dem de passeribus et formicis que statim vindicant se si possunt. **S**ed quia deus fecit vos homines rationales. ideo vos non debetis vindicare vos sicut bestie. **E**t ideo sanctus paulus dicit. Estote patientes ad omnes videte ne quis malum pro malo alicui reddat. sed semper quod bonum est sectamini. **J**hesal. v. christus enim lesset crucifixus orabat tamen pro crucifigentibus. et sustinet adhuc illos et vult quod suluentur. nec vult ut ledantur. **S**ed docet quod debet fieri contra eos in ps. lviij. **D**eus ostendit mihi sup inimicos meos ne occidas eos. nequam do obliuiscatur populi mei. id est. passionis. quia nesciremus quid esset iudeus. **E**t quando vides iudeum et cogitas. iste est de genere illorum qui christum crucifixerunt. non occidas eum nec damnifices eos. **S**ed quid sciendum sit sequitur in ps. **D**isperge illos in virtute et depone eos pector meus domine. id est. sepe illos a christianis. ut non intersint suis festis et solennitatibus nec in comestionibus. nec aliquid vendant christianis. nec emant. nec sint nutrices filiorum christianorum mulieres. nec contra. **I**n virtute. id est. potestate. hoc tangit principes et rectores. **Q**uid plus. depone eos. id est. quod non sint iudices nec notarii nec procuratores. **E**t ideo sanctus Thomas dixit ducis se de Corinthi que querebat: an propter indigentiam liceret aliquid ab eis accipere. dixit quod sic. **E**t il-

lud quidam lucrati sunt iudei. quia sunt serui principis ideo acquirunt principum et potest sine peccato recipere. **E**t ideo deponere illos. **S**ed principes dant privilegia iudeis et male. **N**on est ergo illis malum pro malo reddendum. **N**on tamen principes possunt eis auferre bona solum dimittendo eis vitam et necessaria ne pereant. et hoc propter infidelitatem quam fecerunt occidendo christum. ut dicit sanctus Thomas in quadam epistola. tamen conuersos iudeos non despiciatis. imo illis vos associetis. **I**deo iudeis non noceatis. sed rectores illos defendant. sed tamen separentur a christianis. **I**tem nullus christianus christiano malum pro malo reddat. **R**oma. xij. **M**ihi vindictam et ego retribuam. **T**ertius modus est bonum pro malo et hec est spiritualis perfectio. ut dicas. domine deus ille occidit patrem meum vel fratrem etc. non est ratio naturalis. quod illi faciam bonum. sed honore et amore vestri volo facere bonum: non quod non sum bene sufficiens. ille abstulit mihi salutationes. sed nihilominus volo salutare eum. **I**deo christus dixit. Diligite inimicos vestros. et benefacite his qui oderunt vos. et orate pro persecutoribus vos. ut sitis filij patris vestri qui in celis est. **M**arth. v. **F**acite enim deus bonum inimicum qui eum blasphemant. quia facit solem suum oriri super iustum et iniustum. et ita pluit in agro illius sicut in agro iusti et amici. ergo sic faciatis. **Q**uartus modus est reddere malum pro bono et ista est conditio diaboli. quia quando aliquis facit sacrificium sibi et inuocat illum: desiderat diabolus ei retribuere aliquem qui eum portet ad infernum. et illemet cui fuit oblatum sacrificium erit tortor. **H**uiusmodi conditionis sunt parentes inhonorantes qui fecerunt multum bonum filiis. et tamen plures retribuunt malum. **E**t ista est conditio diaboli. **S**ed si es obediens parentibus plongatur tibi vita et diuicie. **I**deo paulus dicit. Filij obedite parentibus vestris in domino. **E**ph. vi. **I**n domino non contra dominum. ut si mater velit quod filius esset leno vel latro. vel si pater diceret filio quod procuteret aliquem non deberet obedire. **S**ed in domino. id est. in his que non sunt contra deum. **E**t de isto precepto permittit deus primo hic longam vitam et diuicias. si non sicut diabolus malum pro bono reddit. **I**n hoc gradu retributionis fuit iudas. cui dominus multa bona fecerat remittendo mortem patris. incestum cum matre. accepit ipsum in discipulum et apostolum. et fecit eum procuratorem etc. sed retribuuit malum traditionis. **I**tem etiam iudei qui volebant christum lapidare retribuendo sibi malum pro tot bonis iam factis. **E**t fuit completa prophetia. ps. cvij. **P**osuerunt aduersum me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea. **E**t ecce hic partem secundam. **T**ertium bellum fuit obiectione pestilenta. quia imposuerunt ei crimine blasphemie. **N**am sicut pestis corrumpit totum

*Iudei non debent  
boni privilegia*

*Leo gratias  
meditatio quod  
habet*

# Sermo

aerem. ita blasphemia deuotionem. et de hoc dicit euangelista. **R**esponderunt iudei christo obicendo. de bono opere non lapidamus te sed ob blasphemiam. quia tu homo cum sis facis teipsum deum. **V**idete cecitatem eorum. nam iudei non poterant negare bona opera christi. quia dicunt de illis. non te lapidamus. ergo illa concedebant. sed ob blasphemiam eum voluerunt lapidare. sed iesus christus se defendit per benignitatem vniuersalem. quia dixit eis. **V**os doctores et rabini audite et respondete. **N**one in lege vestra scriptum est. **E**go dixi dii estis. **S**i illos dixit deos ad quos primo dei factus est. et non potest per vos solui. id est. negari scriptura. quia vestra biblia est. quem pater misit in mundum et sanctificauit. dicitis quia blasphemus. quia dixi. filius dei sum. **S**i non facio opera patris mei nolite credere mihi. **S**i autem facio. et si non vultis credere mihi opibus credite ut cognoscatis et credatis. quia pater in me est et ego in patre. **N**ota ego dixi dii estis. dicunt enim homines dii participatiue. **C**hristus vero essentialiter. arguebat ergo christus per locum a minoribus. si illi scilicet possunt dii appellari qui sunt dii participatiue. quanto plus filius dei qui est deus essentialiter. et isto modo fuerunt victi. et ideo iesus conclusit bellum dicens. **C**redatis quod in me est pater ut in themate et contra pater in filio. quia christus realiter erat in deo patre. **M**odo habemus hanc moralitatem bonam super illo verbo quod dicitur: sed de blasphemia. **E**t debetis scire quod tres sunt species blasphemie. **N**am quaedam est affirmatiua. quaedam negatiua. et quedam usurpatiuua. **A**ffirmatiua est. si affirmo de deo quod illi non conuenit ut cum dicitur iusor. maledictus est deus. quia ille grates non expediunt deo. et sic de similibus potest dicere. deus est mortalis in diuinitate. et de hoc ieremias in vitalia. quod quidam sanctus pater erat qui mortuo patre suo carnali audiuit sibi dicere a quodam scilicet quod pater suus mortuus est. nam dixit ei nuncius. malum nouum tibi porto. quia pater tuus mortuus est. **S**ed sanctus pater dixit. **N**oli blasphemare. quia pater meus immortalis est. non reputans alium patrem habere nisi deum. **E**t ista blasphemia affirmatiua est maius peccatum quam occidere hominem. quia contra preceptum primae tabule. **I**deo dominus et rectores si volunt habere pacem debent corrigere blasphematores. **N**ota de Ludouico rege francie quod liter ipse tales correxit. **E**t hoc modo iudei blasphemauerunt christum dei. **N**one bene dicimus nos. quia samaritanus es tu et demonium habes. **J**os. viij. **A**lia blasphemia est et peior negatiua. ut negare illud quod illi conuenit. ut est omnipotentia. ut cum dicitur iusor. **N**on potest hoc facere deus quod primo veniat tria quod septem. **E**t de hac blasphemia nota historia. iij. **R**eg. xix. de Sennacherib qui dixit quod deus non posset eripere israel de manu eius. **E**t illa nocte fuit punitus. quia de exercitu eius fuerunt interfecti octoginta quatuor milia bellatores.

hanc blasphemiam dixerunt iudei christo. quia dixerunt quod non esset deus. **E**t de ista dicit propheta. **B**ereliqui sunt retrosum. **E**sa. j. **E**t idem dicit dauid in psalmo. **D**ixit insipiens in corde suo non est deus. **E**t ista est negatiua. **A**lia blasphemia est usurpatiuua. et hec pessima est scilicet attribuere alicui quod est dei. et in hac peccabat symon magus. **A**ct. viij. quia dicebat se filium dei. et hoc imponebant iudei christo. **M**ar. ij. cum dixit christus. **R**emittuntur tibi peccata. **Q**ui illi. blasphemus. quis enim potest peccata dimittere nisi solus deus. et etiam in hodierno euangelio. quia dicebant iudei. quia tu homo cum sis dicis. **I**sta blasphemia est inter nos hodie. **N**am fuit mihi presentata cedula que continebat. quia mulier que vult concipere portet istam cedulam ignorante viro his litteris. **U**surpatio diuine potentie. quia litteris et rei insensibili datis illam potentiam. **I**ta est de his qui dicunt. si dicis talem orationem scies die mortis. **E**t si quis dixerit orationem undecim milium virginum etc. stultum est credere. et quia si vni eueniat facias inde regulas. **E**t ista blasphemia est hodie. **Q**uia dinini et magi et nigromantici huius modo blasphemant deum. quia honorem diuinum faciunt diabolo. et ergo multa mala eueniunt in hoc mundo. **D**iligenter ergo rectores student extirpare hos blasphematores. ne dominus cogit innocentem punire cum nocentibus. per famem. pestem. et similes plagas. **S**ed debent exhibere homines deo reuerentiam et dabit eis vitam eternam. **M**oraliter nota hic quod christus remisit iudeos ad opera sua. **S**ic etiam erit de nobis iudicio ultimo. **E**t ad hoc nota illud exemplum de illo qui habuit tres amicos. **P**rimus dilexit plus quam se. **S**ecundus dilexit tantum ut seipsum. **T**ertium parum dilexit. **C**orrigit quod ille homo fuit citatus ad regem et rogauit primum amicum ut pergeret ad regem secum et excusaret eum. et ille recusauit. **S**ecundus similiter recusauit. **T**ertius vero quem dilexit perrexit et excusauit eum coram rege. **H**ic homo qui habet tres amicos est quilibet homo. **P**rimus amicus est bonum tempus pro quo sepius vita exponitur. ergo plus quam vita diligitur. **S**ecundus amicus est parentes. vxor. ples. **T**ertius amicus est opus bonum et uosum quod parum diligitur. **I**deo **H**eb. ix. dicitur. quod statutum est hominibus semel mori. quando ergo homo moritur et citatur coram christo. tunc primus et secundus amicus non vadunt excusare hominem. **T**ertius vero excusat nos coram rege. et sequitur nos. **O**pera enim illorum sequuntur illos. **I**po. iij. **H**oc exemplum vide latius in historia Barlaam et Josaphat qui habet in secunda parte speculi historialis Vincetij beluacensis libro. xvj. ca. xvj. vbi concludit quod opera bona sunt veri amici que hominem ad vitam eternam producant. Amen.

*Exemplum est  
illud fuit qui  
in vbi est in  
Crotou ponit  
Ipsius fuit*